

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consciencia n  
cum uariis

Sub ouina pelle uulpinam conscienciam abscondebam. Vulpina plane consciencia, tepida  
conuersacio, animalis cogitacio, ficta confessio, breuis et rara compunctio; obediencia  
sine deuocione, oracio sine intencione, lectio sine edificacione, sermo sine  
circumscriptione. O quam dura sunt michi ista que loquor, quoniam me ipsum loquendo  
ferio! Verumtamen quia non me peccatorem nego sed peccatum meum cognosco, erit  
fortasse apud Deum pium iudicem impetracio uenie ipsa cognicio culpe.

Hugo libro I. de anima capitulo XV.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

conuersacio *om.* (*cor. in marg.*) B; animalis cogitacio] cogitacio animalis B; confessio]  
conuersio (*cor. intra*) B; pium *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>